

Seditio populi textorum contra consules Colonienses. ^{46]}

1374 nov. 20. Eodem preterea anno in mense novembri eiusdem mensis die 20., cum iam longo tempore in civitate Coloniensi populare vulgus textorum et lanifici in tantum fuissent multiplicati et veluti seges ignobilis adeo pullulassent, quod ipsi cum aliis nonnullis popularibus sibi conspiratis et associatis fratribus ceterorum fere civium numerum superarent, et divitiis incrassati sepius insolentes contra consilium et maiores civitatis ades superarent, quod quasi in totum sibi vendiderent regimen civitatis. Tum multa populari in dicta civitate concitata, condamnatis ad arma seditiosis partibus ex adverso consules et maiores civitatis loca publica, ubi quidem dictum vulgus textorum per spaciosam civitatem ab invicem longe dispersam convenire poterat, preoccupantes et dictos populares veluti inertes ^{m)} et ~~ad~~ ad bellum indoctos contracta securum acie prevenientes primam textorum dictorum aciem et popularium aciem sibi obviam in virtute gladii repulerunt, omnibus ceteris in fugam conversis. Tali igitur victoria de seditiosis civibus consecuta dicti consules et maiores civitatis omnes huiusmodi seditiosis auctores severitate vindicte atrociter persequentes et eisdem tam de ecclesiis quam et ceteris locis civitatis, ad que confugerant, extrahentes alios capite punierunt, alios vero extra civitatem expellentes banno perpetuo condemnarunt. ⁿ⁾ Insuper ut memoriam ipsorum tolleret de civitate, domum textorum publicam, quam ad

m) in herbes cod. n) condemn. cod.

46] Cf. poema inscriptum 'die weverslaicht', quod a. 1834 post Godofridi Hagen thronitam metricam edidit E. v. Groot.